Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



popls sumus. & nihil studii nihil meriti plusquam
reliquae plebs habemus. Uerum quia dicit scs apls
idipsum autem uelamen In lectione ueteris testa
menti manet. am putaret nob omnem intellegen
tiae spem tanti & talis apli prolatae sententia
nisi addisset. Cum autem quis conuersus fuerit
ad dnm auferetur uelamen. Igitur causam au
ferendi uelaminis conuersationem nostram ee
dicit ad dnm. ex quo colligendae sunt nob indicia
quod donec legentes scripturas diuinas latet nos
Intellectus. donec obscurae sunt nob & clausae
quae scriptae sunt. nondum conuersi ad dnm
sumus. Si enim conuersi essemus ad dnm. sine
dubio auferebatur uelamen. Sed & hoc ipsum
conuesti ad dnm quale sit uideamus. & eui
dentius scire possumus quid sit conuersus. Dis
cendum nob prius est quid sit aduersus. Omnis
qui cum recitantur uerba legis communibus fabu
lis occupatur. auersus est. dh Omnis qui possessio
num curis stringitur & diuitiarum cupiditate
distenditur. qui gloriae secli & mundi honoribus
studet. auersus est. Sed & qui ab his quidem
uidetur alienus. adsistit autem & audit uerba
legis & uultu atque oculis intentis. corde tamen

dh Omis qui cum legitur moyses de negotiis seculi de pecuniae deliuris sol
licitudinem gerit. auersus est.